



Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

XVI. In Nuptiis aquam in vinum conuertit. Ioan. 2.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

XVI.

*In Nuptiis aquam in vinum conuertit.**Ioan. 2.**Dom 2. post¹.
Epiphan.**Maximus
hom. 1. in
Epiphan.
Chrysoft.
hom. 42. in
Acta.**Bernard. de
gradib. hu-
mit.*

ET die tertia (ab aduentu Andrea)
Nuptia facta sunt in : Cana Ga-
lilea, & erat : Mater IESV ibi, vocatus est
autem & IESVS, & Discipuli eius ad nu-
ptias. " Vt quas dudum potestate con-
stituit, praesentiae suae nunc benedictio-
ne sanctificet.) Et Chrysoft. " Si volue-
ris, domos duas depingemus, vnam ha-
bentium nuptias, alteram in luctu agen-
tium : ingrediamur consideratione v-
tramque, videamus vtra melior, &c.) Et
deficiente vino (hoc primum est in nu-
ptiis gaudiisque mundi.) Dicit Mater
IESV ad eum, vinum non habent. " Quid
enim de fonte pietatis procederet nisi
pietas? disce & à Matre Domini ma-
gnam in mirabilibus fidem habere, in
magna fide verecundiam retinere; quàm
breuiter, quàm reuerenter suggessit,
vnde piè sollicita fuit: si vinum deuo-
tionis, & feruor charitatis defuit ora
MARIAM, &c.

2. Dicit

2. Dicit ei IESVS, quid mihi & tibi est
mulier? nondum venit hora mea. Quasi
dicat, "Nostræ curæ res hæc commissa Iustinus
non est, neque hora est adhuc.) dicit q. 136.

Mater eius Ministris, quodcumque dixerit
vobis facite Sciebat Filij affectum; qui
sicut necessitudine non regitur, ita nec
subijcitur tempori, in Matris tamen
gratiam horam anteuertet, si fecerimus
quod possumus ipso præcipiente.

3. Erant autem ibi¹ lapideæ hydriae sex
positæ secundum² purificationem Iudæo-
rum, capientes singula³ metretas binas vel
ternas: dicit eis IESVS, ⁴implete hydrias
aquâ, & impleuerunt eas usque ad⁵ sum-
mum, & dicit IESVS, haurite nunc (statim
ut appareat miraculum) & ferte Archi-
triclino, & tulerunt." Si mirabile est vi- Ambros.
na supplere, quanto mirabilius vitam ser. 19.
morte exhaustam reparare, peccata in
iustitiam commutare, animam gratia
sancti Spiritus irrigare? & c.

4. Ut gustauit Architriclinus aquam
vinum factam, & ¹non sciebat unde esset
(ministri autem sciebant qui hauserant
aquam) vocat sponsum Architriclinus, &
dicit ei, ²omnis homo primum bonum vi-
num

num ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Ita mundana gaudia incipiunt cum defectu, finiunt cum deceptione & fraude. Tu solus (ô Sponse Animarum Christe) ³seruasti bonum ⁴vinum usque ⁵adhuc, &c. Et ⁶crediderunt in eam Discipuli eius. Et ut aqua sapore, rubore, calore conditur, ita scientiæ quod erat in his insulsum accepit saporem; quod pallens, gratiæ sumpsit colorem, quod frigidum incaluit immortalitatis ardore. Illi viso vno signo statim crediderunt, nos acceptis adhuc tot beneficiorum mirabilibus dubitamus?)

Idem s. 20.

XVII.

Eiſcit è Templo negotiantes. I. O. 2. 13.

Feria 2. post 1.
4. Domin.
Quadrag.

Prope erat Pascha Iudaorū & ascendit IESVS Hierosolymam (dans nobis exemplum quanta cura diuinis subdi debeamus imperiis) & inuenit in templo vendentes oues & boues & columbas, & nummularios sedentes: & cum fecisset quasi flagellum de funiculis (omnis enim castigatio in hoc mundo, est solum